Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

tio me ipse peccare: sed necessitatis fragilitatis impellit: Cui repugnare nō possū.
Quid ad hoc rūdebit preceptor ille iustitiae: Quō confutabit ac redargu
et hominem: qui delictis suis excusationem carnis obtendit: nisi et ipse
carne fuerit induitus: ut ostendat etiam carnem posse capere uirtutem:
Continuata ꝛ redargui non pōt: nisi exemplo: Nam si hīc non possimus
quę docetis: firmitatem: nisi ea prior fecerit: Quia natura hominū pro
clinis in uitia cuiderit mult: non modo cum venia: sed ⁊ cum ratione pec
care oportet magistrum doctoremq; uirtutis hōm similū fieri: ut uin
cendo peccatum doceat hominem modi ab eo pccm posse: Si uero sit īmor
talis exemplum proponere homīn nullo pōt: Existet enim constans aliqs
ac dicet: tu quidem non peccas quia liber es ab hoc corpōe non concupis
cis: quia īmortali nihil est nēcessū: Mihi uero multis rebus opus est: ut
timeat hanc uitam. mortem non times: quia mte valere non pōt. dolo
rem contempsis: quia nullam uim pati possēs potes: At ego mortalis
utrumq; timeo: quia cruciatus mihi grauissimos inferunt: quos tol
erare carnis infirmitas non potest: Doctor itaq; uirtutis ⁊ hanc excu
sationem debuit hominibus auferre: ne quis quod peccat necessitati potius
assceribat: q̄ culpe suę: Ergo: ut pfectus esse posset: nihil ei debet opponi ab
eo: qui docendus: ut forte dixerit impossibilia precipis: rūdeat: Ecce ipse
facio: Ego carne induitus sum: cuius est peccare propium: et ego cande
carnem gero. & tamen pccm in me non dominatur: mihi opes contēp
nere difficile est: Quia tuui aliter non potest in eo hoc corpore: Ecce
et mihi corpus est: & tamen pugno contra omnem cupiditatem non pos
sum pro iustitia: nec dolorem ferre: nec mortem: quia fragilis sum: Ecce
et in me dolor ac mors habet pātem: Et ea ipse que times: vinco: ut victore
te faciam doloris ac mortis prior uado per ea: que sustineri non posse pre
tendis Si precipientem sequi non potes: Sequere antecedentem: Sublata
omnis hoc modo excusatio est: & fateri hominem nēce est sua culpa. ītuis
tum esse: qui doctorem uirtutis: & eundem ducem non sequitur: Vi
des ergo quanto pfectior sit mortalis doctor: qui dux esse mortali potest:
q̄ īmortalis: Quia patientiam docere non potest: qui subiectus passionibo
non est: nec hoc tamen eo pertinet: ut hominem deo preferam: sed ut
ostendam neq; hominem perfecte doctrine esse posse: nisi sit idem deus:
ut auctoritate celesti necessitatem parendi hominibus imponat: neq; de
tum: nisi mortali corpore induatur: ut precepta sua facilis ad implēdo
certos parendi necessitate constringat: Liquido igitur apparet eum: qui
vite dux et iustitiae sit magister: corporalem esse oportere: nec aliter fieri